

Universitätsbibliothek Wuppertal

Tabvlæ Geographicae Cl. Ptolem[a]ei

Mercator, Gerhard

Coloniae Agrippinae, 1578

Asiae tabula. IX.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-441](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-441)

ASIAE TABVLA IX.

Continet Ariam, Paropanifum, Drangianam, Arachosiam, & Gedrosiam.

Ciuitatum in ea nobiliorum caelestes obseruationes, sunt hæc.

ARIAE.

	Maxima diei hora.	Distant. horaria à merid. Alexand.
Aria	$14 \frac{5}{8}$	3 versus ortum.
Bitaxa	$14 \frac{1}{4}$	$2 \frac{1}{4}$ in ortum.
Alexandria Ariæ	$14 \frac{1}{2}$	$3 \frac{1}{4}$ versus ortum.
PAROPANISI.		
Naulibis	$14 \frac{1}{8}$	$3 \frac{1}{8}$ ferè in ortum.
Carura	$14 \frac{1}{4}$	$3 \frac{1}{4}$ in ortum.
DRANGIANAE.		
Prophthasia	$14 \frac{1}{2}$	$3 \frac{1}{2}$ versus ortum.
Ariaspa	$13 \frac{1}{4}$	$3 \frac{1}{4}$ ferè in ortum.
ARACHOSIAE.		
Alexandria	$14 \frac{1}{4}$	$3 \frac{1}{10}$ in ortum.
Arachotus	14	$3 \frac{1}{30}$ in ortum.
GEDROSIAE.		
Cuni	$13 \frac{1}{4}$	$3 \frac{1}{4}$ in ortum.
Mufarna	$13 \frac{1}{4}$	$3 \frac{1}{4}$ in ortum.
Arbis	$13 \frac{1}{2}$	3 in ortum.

ANNOTATIONES.

In Ariam.

IN Cotaca & Tribasina opinor latitudines permutatas esse apud Vit. & Mol. & huius latitudinem esse $33 \frac{1}{3}$. Cotaca verò $33 \frac{1}{3}$. Nam & Cuf. cum Rom. $\frac{1}{3}$ habent, licet ea gradui 34 . corruptè iungant, & sic consueto suo ordine à Cotaca per Tribasinam in Astasanam Ptol. progreditur. Ceterum quæ sequitur Zimyra, omnibus est in lat. $33 \frac{1}{4}$. qui situs ordini Ptolemæi non respondet, in $32 \frac{1}{4}$ quidem responderet, at consensum omnium sine apparenti aliquo emendationis argumento infringere nõ sum ausus, præcipuè quod cum Zimyra postrema sit in Ariæ descriptione, longius à præcedentibus distans, voluerit fortè Ptol. à Darcama ordine retrogrado, quo sese offerunt, compendiosiore in quã via paucissimas ciuitates residuas describere.

In Paropanifum.


IN Locharna & Carura si iusto ordine nomina recensentur (vt credo) permutata sunt latitudines in exemplaribus, alioqui nimium permixtus & confusus esset ordo Ptol. Et verisimilius est duas insignes ciuitates Naulibim & Carurã non adeò sibi mutuo vicinas, quin potius ad flumen, longius commodioreq; loco, Caruram sitam fuisse.

In Gedrosiam.

AB Arbitris montibus ait Ptol. nonnulli fluij in Indiam labuntur. A Betio item monte aliquot amnes per Gedrosiam fluunt.

Z





115 e 120 f 125 g



115 e f 120 g



